



Corso di formazione

**Saperi e competenze per l'insegnamento
delle lingue e civiltà classiche nella scuola**

Prof, ma a cosa serve?

Insegnare latino oggi, tra cancel culture e Utilocrazia

Alice Borgna (Piemonte Orientale), 30 Novembre 2023

1. Ov. *Ars* 1, 664-670

Illa licet non det, non data sume tamen.
pugnabit primo fortassis, et "improbe" dicet:
pugnando vinci se tamen illa volet.
tantum ne noceant teneris male rapta labellis,
neve queri possit dura fuisse, cave.
oscula qui sumpsit, si non et cetera sumet,
haec quoque, quae data sunt, perdere dignus erit.

2. Strabo, 16, 1, 15

πείρας δὲ χάριν φασὶν Ἀλέξανδρον ἐν λουτρῷ προσχέαι παιδὶ τοῦ νάφθα καὶ προσαγαγεῖν
λύχρον· φλεγόμενον δὲ τὸν παῖδα ἐγγύς ἐλθεῖν τοῦ ἀπολέσθαι, πλὴν πολλῶ σφόδρα
καταντλοῦντες τῷ ὕδατι ἐξίσχυσαν καὶ διέσωσαν οἱ περιεστῶτες.

3. Cic. *Att.* 1, 12, 4

Quid praeterea ad te scribam non habeo, et mehercule eram in scribendo conturbatior. Nam
puer festivus, anagnostes noster Sositheus, decesserat meque plus quam servi mors debere
videbatur commoverat.

4. Cic. *ad Q. fr.* 1, 1, 17

Iam qui in eius modi rebus in quibus vereor etiam ne durior sim cautus esse velim ac diligens,
quo me animo in servis esse censes? Quos quidem cum omnibus in locis tum praecipue in
provinciis regere debemus. quo de genere multa praecipui possunt, sed hoc et brevissimum est
et facillime teneri potest, ut ita se gerant in istis Asiaticis itineribus ut si iter Appia via faceres,
neve interesse quicquam putent utrum Trallis an Formias venerint. Ac si quis est ex servis
egregie fidelis, sit in domesticis rebus et privatis: quae res ad officium imperi tui atque ad
aliquam partem rei publicae pertinebunt, de iis rebus ne quid attingat. multa enim quae recte
committi servis fidelibus possunt tamen sermonis et vituperationis vitandae causa
committenda non sunt.



5. Ov. *ars* 2, 255-256

Sed tamen et servo (levis est inpensa) roganti
Porrige Fortunaē munera parva die

6. Plin. *nat.* 7, 91-92

Animi vigore praestantissimum arbitror genitum Caesarem dictatorem, nec virtutem constantiamque nunc commemoro nec sublimitatem omnium capacem quae caelo continentur, sed proprium vigorem celeritatemque quodam igne volucrem. scribere aut legere, simul dictare et audire solitum accepimus, epistulas vero tantarum rerum quaternas pariter dictare idem signis conlatis <bis et> quinquagens dimicavit, solus M. Marcellum transgressus, qui undequadragiens dimicavit. Nam praeter civiles victorias undeciens cent<ena> et nonaginta duo milia hominum occisa proeliis ab eo non equidem in gloria posuerim, tantam etiam coactam humani generis iniuriam, quod ita esse confessus est ipse bellorum civilium stragem non prodendo.

Bibliografia minima

Maurizio Bettini, *Chi ha paura dei Greci e dei Romani?*, Torino, Einaudi 2023

Alice Borgna, *Tutte storie di maschi bianchi morti*, Roma-Bari, Laterza 2022

Mario Lentano, *Classici alla gogna. I Romani, il razzismo e la cancel culture*, Roma, Salerno 2022

Giusto Traina, *I greci e i romani ci salveranno dalla barbarie*, Roma-Bari, Laterza 2022